

qui ex bonis. in princip. num. 3. ff. de Vulgar. & pupil. & ibi Alexand. in princip. num. 1. Jas. 1. column. num. 2. licet Bart. ibi per errorem dixerit, in duabus uncis. Bartol. Imol. & communiter DD. in leg. Lucius. eod. tit. Angel. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. §. fin. Collat. 7. Quid autem sit de jure antiquissimo Digestorum? Vide Imol. & DD. in dict. leg. Lucius. Hodie verò de jure Authenticorum, non extantibus descendentes legitimis, nec ascendentes quibus debeatur legitima, potest pater omnia bona sua in vita vel in morte relinquere filio naturali: text. est in Authent. Licet. in princip. Cod. de Natur. liber. cujus verba sunt: *Licet patri sine legitima prole seu parente, cui relinquere necesse est, decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere.* text. in Authent. Quib. modis natur. eff. sui. cap. Discretis. §. Si verò filios. Collat. 7. & ista decisio hodiè confirmatur per leg. 8. tit. 13. partit. 6. Extantibus verò legitimis descendentes, non potest pater relinquere in vita vel morte filio naturali, nisi unam unicam, sicut de jure antiquo poterat; & aperte confirmatur in dict. leg. 8. tit. 13. 6. partit. Extantibus verò ascendentes legitimis quibus debetur legitima, tenetur eis suam legitimam relinquere, & alia bona potest dare in vita vel morte filiis naturalibus: textus est in dict. Authent. Licet. cujus verba sunt: *Quod si parentes dumtaxat ei supersint, legitima parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur.* text. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. dict. cap. & §. vers. Si verò habuerint. Collat. 7. & expressè confirmatur per dict. leg. 8. tit. 13. 6. partit. Hodie verò de jure novissimo nostri Regni, si pater habeat filios legitimos & naturales, potest relinquere quintum bonorum filio naturali, sicut potest relinquere pro anima, vel alicui extraneo:

imò etiamsi esset omnino spurius, possit relinquere pro alimentis: ita aperte disponit lex 10. infra. His leg. Taur. (h) Extantibus verò solis ascendentes, potest pater omnia bona sua relinquere filio naturali: ita determinat expressè dict. lex 10. in fin. & ante eam ita disponebat lex 1. propè finem. tit. 6. lib. 3. For. legum, licet Glossa ibi aliter intelligat. (i)

Item adde, quòd omnia quæ supra dicta sunt in filio naturali, habent etiam locum in nepote naturali nato ex filio legitimo, vel in nepote legitimo & naturali nato ex filio naturali, vel in nepote naturali nato ex filio naturali; quia ab intestato nullo modo succedunt avo: text. in leg. fin. Cod. de Natura. liber. in versic. final. ibi: *Jura etenim ab intestato in avi successionem nemini eorum penitus aperimus.* & ad hoc notant & commendant ibi DD. Ex quo textu singularit. & ultra DD. nota, quòd quando nepos descendit ex medio inhabili, efficitur inhabilis quoad succedendum avo, sicut & ipse filius à quo ipse nepos descendit, erat inhabilis: nam ibi patet, quòd nepos etiam legitimus & naturalis, natus ex filio naturali, non succedat avo, quia pater ejus erat inhabilis. Adde tamen, quòd hodiè de jure Authenticorum talis nepos, vel naturalis tantum, vel legitimus & naturalis, natus ex filio naturali, vel naturalis tantum, natus ex filio naturali tantum, bene poterit succedere avo ab intestato in duabus uncis, sicut potest in eis succedere patri: ita notabiliter tenet Bald. licet dubitanter, ibi, in dict. leg. final. propè finem. tenet etiam expressè ibi Salic. 1. column. num. 3. licet contrarium teneat. Angel. in §. Novissime. Infit. Ad Orphit. 2. column. in fine. (k) Ex quo subtiliter deducitur, quòd sicut habet locum representatio inter descendentes legitimos & naturales, ita

(h) Sed quòd si pater plures quàm quinque legitimos haberet, hoc casu quintum spurio pro alimentis relinquere non posse, ne melioris conditionis quàm legitimus sit; tenet Tell. in leg. 9. numer. 26. usque ad 27. & in leg. 10. num. 10. Molin. lib. 2. de Primogen. Hispan. cap. 15. num. 51. & latè Velazq. de Avendañ. in leg. 10. glos. 2. num. 2. licet Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 3. glos. 4. num. 5. contrarium teneat: & vide infra num. 68. & quæ ibi sunt addita.

(i) Idem tenet Covarrub. in quart. 1. part. §. 4. cap. 8. in fin. quem omnino vide, & Roj. de Succes. ab intestat. cap. 14. & 15. per tot. ubi de filio naturali latè loquitur: & in cap. 26. ex num. 40. usque in fin. ubi regulam cum viginti ampliationibus scripsit: Mier. in Tractat. Majorat. 1. part. quest. 2. num. 4. Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. glos. 2. num. 2. Azeved. ibid. 19. Velazq. de Avendañ. hic. glos. 5. per tot.

(k) Ergò ea quæ in filiis naturalibus circa successionem sunt disposita, etiam in nepotibus: ut latè Matienz. ubi supra. num. 3. Covarrub. in Epitome. de Sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 10. in fine. ubi objectioni Guillelm. Benedict. latè respondet; qui contrarium tenuit in cap. Raynutius. verb. Et uxorem. num. 700. de Testam. per text. in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. §. Nepotibus. & in leg. ultim. in fine. Cod. de Natur. liber. quæ jura id tantum probare asserit Covarrub. ubi supr. nepotes etiam legitimos ex filio tantum naturali intestato avo non succedere ut legitimos: non tamen negant dictæ leges, eos posse ut naturales succedere. Idem tenet Gregor. Lop. in leg. 8. glos. 2. tit. 13. part. 6. Roderic. Suar. in leg. 1. tit. 6. lib. 3. Fori. verb. Hac de filiorum naturalium successionem in princip. fol. 88. Penell. hæc latè disserens, in leg. 3. num. 20. & seqq. Cod. de Bonis matern.

ita etiam inter descendentes naturales tantum. Ex testamento verò talis nepos succedebat avo, & poterat in totum institui, non extantibus legitimis descendentes vel ascendentes; quia ratio impeditiva quæ erat in filiis propter refrenandam libidinem & vitium patris, non est in nepotibus & ulterioribus: extantibus verò descendentes vel ascendentes legitimis, non poterat institui, nisi in ea parte in qua filius naturalis poterat, hoc est in una uncia tantum: textus est formalis, qui sic debet intelligi, in leg. final. Cod. de Natur. liber. Hodie verò, extantibus ascendentes legitimis, posset avus bona sua relinquere prædicto nepoti naturali, vel nato ex naturali, relicta legitima ipsis ascendentes; quia ita videmus quòd est dispositum quando quis habet filios naturales; ut in dict. Authent. Licet. vers. 1. & supra dixi.

7 Ex quo notabiliter infero, quòd hodiè de jure nostri Regni, licet avus habeat descendentes vel ascendentes legitimos, relicta eis sua legitima, potest residuum relinquere dicto nepoti naturali, vel nato ex naturali, sicut posset relinquere extraneo, & sicut posset relinquere filio naturali; ut supra dictum est: imò, quòd magis est, teneo pro constanti, quòd, extantibus solis, ascendentes legitimis, posset avus relinquere omnia sua bona prædicto nepoti naturali, vel nato ex filio naturali: & hoc, attenda leg. 10. Taur. in fine. (l) Nam si potest relinquere filio, in quo considerabatur magis vitium, & ratio impeditiva; ergò a fortiori potest relinquere nepoti: & hoc aperte fundatur ex text. in dict. leg. final. Cod. de Natur. liber. juncta ratione, & communi sententia. (m)

Item adde, quòd omnia quæ supra dicta sunt in filiis vel descendentes naturalibus, habent etiam locum è contra in parentibus & ascendentes naturalibus tantum respectu eorum: nam in eodem jure & parte qua succedunt filii vel nepotes naturales patri vel avo ab intestato vel ex testamento, in eadem & eodem modo succedunt parentes naturales eis: (n) text. est singularis in jure, qui istam regulam & doctrinam ponit, in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. cap. In quibus autem. Collat. 7. cujus verba sunt: *In quibus autem casibus naturales filios vocavimus ad successionem, in his quoque & ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servant: eademque mensura sicut parentes prospiciunt naturalibus filiis secundum nostram legem, & ipsi parentibus compensent sive in succes-*

sionibus, seu in alimentis, sicut superius sancimus. & ad hoc illum textum notat & dicit singularem Bart. illum etiam textum dicit optimum ad hoc Angel. in §. Præferuntur. Infit. Ad Tertyl. final. column. Post med. text. in dict. Authent. Licet. in fin. Cod. de Natur. liber. ibi: *Hi ergo & parentibus parem præsent, si opus sit, pietatem.* text. in §. 1. Infit. de Servil. cogn. in vers. Hos enim liberos. cujus verba sunt: *Hos enim liberos non solum suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuum vocabimus.* Et istam conclusionem tenet Azo. licet ista non alleget, in sua Summa. Cod. de Natur. liber. 2. column. num. 5. & idem hodiè aperte disponit lex 8. in fin. tit. 13. 6. part. Confirmatur etiam: quia sicut inter parentes & filios legitimos reciproca est successio, & alimentorum causa; ut in leg. Nam etsi parentibus. ff. de Inoffic. testament. text. in leg. Scripto. Unde liber. & in leg. Si quis à liberis. §. Utrum. & §. Parens. ff. de Liber. agnoscen. Glossa notabilis, & communis opinio, in leg. Qui se patris. in verb. Facultatis. Cod. Unde liberi. ita debet esse inter parentes & filios naturales tantum.

Et quia supra visum est qualiter filii naturales succedant patri, avo, vel ascendenti ex ejus linea: nunc operæ pretium est videre qualiter succedant matri, & ascendentes ex ejus linea. In quo articulo resolutivè dico, quòd bene succedunt matri ab intestato: text. est in leg. 1. §. 1. ff. Ad Tertyl. text. in leg. Si qua illustris. vers. final. Cod. Ad Orph. text. in leg. final. eod. tit. Quod verum est, & procedit, etiamsi tales filii sint vulgo quæsiti: text. est in dict. leg. 1. §. 1. ff. Ad Tertyl. cujus verba sunt: *Sed & vulgo quæsiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem.* text. in leg. Hac parte. ff. Unde cognati. text. in leg. Si spurius. eod. tit. text. in §. Novissime. Infit. de Senatusconsulto. Orphit. cujus verba sunt: *Novissime sciendum est, etiam illos liberos qui vulgo quæsiti sunt ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti.* Item secundo hoc est verum & procedit, etiam extantibus legitimis; quia tales filii naturales, sive spurii, vel vulgo quæsiti, succedunt pariter cum eis ab intestato: text. est in dict. leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orph. vers. final. cujus verba sunt: *Sin autem concubina libera conditionis constituta, filium vel filiam ex licita consuetudine ad hominem liberum habitam procreavit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona &c.* Et idem disponit lex penult. tit. 13. 6. part.

(l) Vide allegatos in num. precedent. ibi: Adde tamen, qui idem tenent.

(m) Et confirmatur ex his quæ dicuntur in leg. 40. num. 61. quest. 7. principali. ubi concluditur, quòd eo casu quo filia excluditur in successione majoratus, ita etiam filius masculus descendens ex ea: Et vide omnino quæ dicuntur infra ista leg. num. 17. Ubi quæritur, an & quando nepos natus ex filio spurio & damnabili coitu, possit institui ab avo?

(n) Vide Gom. Arias. hic. num. 7. Paleot, de Nothis, spurisque filiis. cap. 41. num. 3. ad fin.

6. *partit.* Quod tamen debet intelligi & limitari, nisi talis mater sit illustris persona; quia tunc tales filii spurii seu vulgo concepti non possunt ei succedere ab intestato, nec ex testamento, nec ex aliqua donatione, vel contractu inter vivos: (o) secus tamen est, si tales filii essent naturales tantum; quia tunc benè succederent ei, sicut alteri matri: text. est in *dict. leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orph.* & idem disponit *dict. lex penult. tit. 13. partit. 6.* Et ratio per quam tales filii naturales possunt succedere matri, & non patri, est, quia pater est incertus, mater verò est certissima, & liquidè potest probari quòd ex ea nati sunt; unde meritò ei succedunt. Istam rationem probat text. in *leg. Quia semper. ff. de in Jus vocand.* cujus verba sunt: *Quia semper certa est mater, etiamsi vulgo conceperit.* text. in *leg. Partum. Cod. de Rei vindicat.* text. in *leg. final. Cod. de Liberal. caus.* text. in *leg. Partum. ff. de Usur.* text. in *leg. Si quis cum totum. ff. de Ancillam. ff. de Except. rei judic.* text. in *leg. Idem Pomponius scribit si frumentum.* §. *Idem scribit si equam. ff. de Rei vindicat.* text. in §. 2. *Instit. de Ingenuis.* & utrobique DD.

10 Hodie verò, attenda *ista nostra leg. Taur.* tales filii naturales, vel spurii, vel vulgo concepti, nullo modo succedunt matri ab intestato, nec ex testamento, extantibus filiis legitimis: sed tantum poterit eis mater inter vivos, vel in ultima voluntate relinquere quintam partem bonorum, quam potest relinquere extraneo, vel pro anima. (p) Non extantibus verò filiis legitimis, vel descendentes, benè succedunt ei tales filii naturales vel spurii in totum ab intestato & ex testamento, etiamsi mater habeat patrem, vel matrem, vel alios ascendentes legitimos: (q) & ita expressè disponit *ista lex 9. Taur. in secunda parte.* Quam tamen intelligerem, præterquam si mater esset illustris; ut in *dict. leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orph.* quia in hoc, jus commune remanet incorrectum: Et confirmatur hoc, quia lex nova generaliter loquens, non debet extendi ad casum specialem per aliam legem determinatum; sed intelligitur & distinguitur per legem specialem: Istam regulam & doctrinam ponit Glossa ordinaria, juncto text. in *leg. Sciendum. ff. Qui satisdar. co-*

(o) Contrarium tenet Tell. *hic. num. 2. Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. glos. 6. numer. 2. Paleot. de Nothis. cap. 41. num. 3. Azeved. in dict. leg. 7. num. 23. & vid. Spin. de Testament. glos. 1. num. 71. Gregor. in leg. 11. tit. 13. part. 6. verb. Cum legitimo.* Quod verum censeo; nam Authentica *Si qua illustris. Cod. Ad Orphit. & lex 11. tit. 3. part. 6.* id tantum prohibent, ut legitimis extantibus, spurii matri illustri non succedant; cæterum, legitimis deficientibus, spurios succedere non vetant: vide etiam idem tenentem Velazq. in *leg. 9. glos. 3. num. 3.*

(p) Vide Azeved. in *leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. num. 4.*

(q) Vide quæ diximus in *num. precedent.* ibi: *Quod tamen debet intelligi.* Idem tenet Covarrub. de *Spons. cap. 8. §. 4. in fin. Velazq. hic. glos. 5. per tot. Matienz. in leg. 7. tit. 8. glos. 6. num. 14 & in leg. 1. tit. 8. lib. 6. glos. etiam 6. Tell. hic. num. 66. cum aliis quos ipsi allegant.*

gan. in gloss. 1. ibi Bart. Paul. & communiter DD. Bald. in leg. Si queramus. propè finem. ff. de Testament. & ibi, Paul. Imol. Aret. & communiter DD. tenet etiam Alexand. in leg. Hac consultissima. penult. column. & ibi Jas. 4. column. Imol. cap. 2. de Testam. 5. col. facit text. in leg. Non est novum. ff. de Legib. text. in leg. Sed & posteriores. eod. tit. bonus text. in leg. 2. §. final. ff. de Noxa lib. act. facit etiam text. in leg. De emancipatis. §. 2. vers. Exceptis. Cod. de Legit. hered. juncta Authent. Itaque. & ibi Glossa ordinaria & communis opinio. Cod. Commun. de success. ubi habetur, quòd de jure Codicis, per dict. versic. Exceptis. frater consanguineus ex parte patris succedit fratri defuncto in bonis habitis à patre; frater verò uterinus succedit in bonis habitis à matre &c. & postea dict. Authent. Itaque. unde sumitur, dicit simpliciter & indistinctè, quòd fratres utrinque conjuncti præferantur; sed quando concurrunt consanguinei, & uterini, pariter admittantur: & tamen dicit tibi Glossa, & communis opinio, quòd debent admitti cum distinctione, de qua in dict. vers. Exceptis.

Dubium tamen singulare & necessarium est, an in casu quo filii naturales possunt succedere patri ab intestato, scilicet in duabus uncias hæreditatis suæ, non extantibus descendentes vel ascendentes legitimis; si fortè pater decedat cum testamento in quo filios naturales præterivit, nullam partem hæreditatis eis relinquendo; an possint tanquam præteriti, vel sine causa hæredati, rumpere testamentum patris, vel aliquo remedio agere ad consequendas dictas duas uncias? Et certè videtur quòd sic: quia regula notabilis & vera est, quòd in casibus in quibus filio debetur aliqua legitima vel portio ab intestato; si in testamento sibi illa non relinquatur, potest rumpere testamentum, & remedio competenti contra eum agere: textus est, & ibi Glossa ordinaria, & communis theoria DD. in *leg. Cum quaritur. Cod. de Inoffic. testament.* de quo latius dixi in suo loco: Sed istis filiis naturalibus debetur successio, hoc est, portio duarum unciarum: Ergò pro eis possunt agere, si reperiatur præteriti in testamento patris. Sed his non obstantibus, teneo contrarium, imò, quòd tales filii naturales præ-

præteriti, sint exclusi, nec eis competat aliquod remedium contra testamentum patris; quia nulla lege cavetur, nec necessatur pater aliquid eis relinquere; quia licet possint succedere secundum vel præter voluntatem patris, non tamen contra ejus voluntatem, nec eis debetur à jure aliqua legitima. (r) Et in expressò istam sententiam ut communem tenet Glossa singularis & unica, in *leg. 1. ff. de Bon. poss. contra Tabul. in verb. Naturales,* quam ibi reputant singularem & unicam Dyn. & Alber. & notat & commendat Bart. & communiter DD. illam etiam ad hoc notant & commendat Bart. in *leg. Gallus. §. Etiam. 2. column. de Liber. & posth. & ibi DD. & illam Glossam dicit singularem Bald. in leg. 1. Cod. Quorum bonorum. num. 1. eam etiam ad hoc notat Bald. in *leg. final. Cod. de Natur. liber. 1. column. 1. num. idem Bald. in dict. leg. final. Cod. Unde legitimi. 3. column. num. 8. Bald. in cap. 1. de Constitut. final. column. in princ. idem Bald. in cap. Innotuit. de Elect. 2. column. num. 8. illam Glossam dicit singularem Imol. in *leg. Ex factis. de Vulg. & pupil. 5. column. propè fin. illam etiam ad hoc commendat & dicit ordinariam Paul. in leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orph. num. 4. Corn. in leg. Humanitatis. 3. column. in med. Cod. de Impuber. & aliis. illam etiam dicit singularem Jas. in *leg. Gallus. §. Quidam rectè. 6. column. num. 12. ff. de Liber. & posthum. idem Jas. in leg. 1. Cod. de Contra Tabul. 3. column. num. 3. Segur. in Repetit. leg. Cohæredi. §. Cum filia. de Vulgar. 1. column. Et licet prædicta Glossa pro singulari à Doctoribus allegatur; tamen similis est Glossa & expressa in §. Tam autem naturales. *Instit. de Inoffic. testament.* quam ad hoc notat & commendat Salic. in *leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orphit. 1. column. num. 2.* Istam etiam conclusionem tenet Bart. in *Authent. Quib. mod. natur. efficit. sui. cap. 2. §. Si quis igitur. Collat. 7. in num. 8. Angel. in §. final. 2. column. in medio. pro qua communi sententia facit text. expressus in *leg. final. Cod. de Natur. liber. ibi: Ut necessitas relinquendi.******

quem ad hoc notat & considerat Bald. *ibi. num. 1.* Pro qua communi sententia & conclusione ego allego & considero expressam *leg. Partit. 8. vers. penultim. tit. 13. 6. partit.*

Item adde, quòd in casibus, in quibus tales filii naturales, vel spurii, seu vulgo concepti, possunt succedere matri ab intestato (quos supra dixi); in eisdem, si mater decedat cum testamento, & tales filii non sint instituti in sua legitima, vel justè exhæredati, possunt rumpere & subvertere testamentum matris, sicut si essent legitimi: (s) text. est notabilis. in *leg. Si suspecta. §. De Inofficioso. ff. de Inoffic. testament.* cujus verba sunt: *De Inofficioso testamento matris spurii quoque filii dicere possunt.* & ad hoc notat ibi Glossa ordinaria, Odofred. Alber. Bald. Angel. Paul. de Castri. & communiter scribentes: & per illum textum ita tenet etiam Glossa ordinaria in *leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orphit. in glos. final. in princ. & ibi DD. Glos. in §. Tam autem naturales. Instit. de Inoffic. testament. in glos. 1. & ibi DD. & idem voluit Bald. per illum text. in *leg. final. 2. column. num. 3. Cod. Fam. exercisc. ubi dicit: Quod quantum ad matrem, naturales habent jura legitimorum.* Ex quibus inferitur notabilis & necessaria declaratio ad istam *leg. 9. Taur.* Ut sicut tales filii naturales vel spurii succedunt matri ab intestato & ex testamento, ita etiam succedant contra testamentum, quando sunt præteriti vel exhæredati. (t) Imò procederet ista conclusio, etiamsi talis mater habeat ascendentes legitimos; ex eo quòd tali casu per istam *leg. 9. Taur.* isti filii naturales sive spurii sunt ei hæredes ab intestato. (u)*

Item adde, quòd omnia supra dicta procedunt & debent intelligi, quando talis filius naturalis sive spurius non est natus ex damnabili coitu (x): secus tamen aliàs, si esset natus ex damnabili coitu, ut adulterino, nefario, incestuosò; quia tunc nullo modo succedit patri nec matri ex testamento, nec ab intestato (y). Et ut fundamen-

(r) Vide Covarrub. de *Sponsalib. 1. part. cap. 8. §. 4. num. 16. Joann. Lupum hic. numer. 6. & 7. Velazq. de Avendañ. hic. glos. 4. num. 1. Azeved. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. num. 19. Gregor. in leg. 8. & final. in fin. tit. 13. partit. 6. Perez in leg. 22. glos. final. tit. 3. lib. 1. Ordinam. column. 168.*

(s) Idem tenet Covarrub. *lib. 4. Variar. cap. 21. Azeved. in leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. numer. 19. Velazq. de Avendañ. in leg. 9. glos. 4. num. 1.*

(t) Idem tenet Roj. in *Epitome successionum. cap. 14. num. 7. pag. 78.*

(u) Nec obstat superior proxima conclusio, quæ habet, quòd licet filius naturalis succedat patri in duabus uncias ex testamento, vel ab intestato; non tamen contra testamentum: Quia respondeo, quòd in nostro casu reperitur expressè decisum in matre, quòd possit rumpere; non verò in patre. Vel aliter & subtiliter; quòd filius respectu patris vocatur in parte, & portione; respectu verò matris vocatur simpliciter & absolutè in omnibus bonis, tamquam legitimus hæres. Et eget decisione Regia.

(x) Vide hac de re latè Covarrub. in *quart. 2. part. cap. 85. num. 16.*

(y) Nec donatione aliquid talis filius ex damnato coitu habere à patre, nec à matre potest: ita Anton. Gomez. ad *Leg. Tauri.*

taliter intelligatur, dico, quod propriè adulterinus dicitur, qui esset natus ex muliere conjugata: Nefarius dicitur ille, qui est natus ex linea descendenti: Incestuosus verò dicitur, qui est natus ex linea transversali in gradu prohibito: text. est in leg. Si adulterium cum incestu. ff. de Adulter. text. in Authent. de Incest. & nefar. nuptiis. in princip. Collat. 2. & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. text. in Authent. Incestas. & in Authent. Ex complexu. Cod. de Incestis nuptiis. text. in leg. Quin etiam. ff. de Ritu nuptiarum. text. in §. Ergo. Infit. de Nuptiis. licet quandoque unum ponatur pro alio: Et tandem ille dicitur natus ex damnabili coitu, quando esset natus ex tali accessu, qui venit puniendus aliqua lege communi, vel Regia; ut natus ex stupro commisso cum virgine vel vidua non retenta pro concubina: imò generaliter, quando esset natus ex patre, vel matre, inter quos de jure prohibitum est matrimonium, vel coitus reperiatur prohibitus: Nam in his omnibus casibus, talis filius non potest succedere ab intestato: text. est capitalis & expressus in Authent. Quibus modis natur. eff. sui. cap. ultim. Collat. 7. cujus verba sunt: Primùm quidem omnis qui ex complexibus (non enim hoc vocamus nuptias) aut nefarius, aut incestus, aut damnatis processerit, iste nec naturalis nominatur, nec alendus est à parentibus, nec habebit quoddam ad presentem legem participium. & ibi Glossa ordinaria. Bart. Angel. & communiter DD. text. in Authent. Quib. mod. natur. eff. legit. cap. ultim. Collat. 6. text. in Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nupt. text. in Authent. Licet. in fin. Cod. de Natur. liber. facit etiam text. in leg. Non facile. in fin. ff. de Gradibus. text. in §. Sunt & alia. Infit. de Nuptiis. & ibi Glossa & communiter DD. Et licet prædicta jura tantùm videantur loqui in patre & ejus linea, tamen idem est in matre: ita tenet Glossa notabilis & ordinaria in leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orphit. & ibi Cyn. Jacob. Bart. Bald. Salic. & communiter DD. Glossa in Authent. Ex complexu. Cod. de Incest. nupt. Glos. in §. Novissimè. Infit. Ad Orphit. tenet etiam Specul. in tit. de Success. ab intestat. versic. Sed nunquid spurii. num. 22. & in versic. Sed agnati. num. 32. & istam dicit communem opinionem Corn. Summa Sylvestr. in Part. Filii. 4. column. Cyn. in Authent. Itaque. Cod.

Gregor. Lopez in leg. 10. tit. 13. partit. 7. glos. verb. La donacion: Sotus lib. 4. de Justitia & jure. artic. 1. pag. 1187. verb. Quod autem usque in fin. ubi, & leges Partitarum & Ordinamenti allegans, considerat leg. 9. Taur. eamque declarat. Quod & fortius videtur probari ex leg. 4. tit. 3. partit. 6. Et vide latius per Azeved. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. num. 27. ubi alios allegat: & infra. num. 36. circa finem. Et de comercio nefario, incestuoso, adulterio, & in habito ex Christiano & Mahometana, & à Domina ex proprio servo, & à famulo ex filia seu consanguinea Domini, tradit latè Velazq. de Avendañ. in dict. leg. 9. Taur. glos. à num. 6. usque ad ultimum.

(2) Vide Azeved. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. num. 5. ad fin. Matienz. in leg. 9. glos. 5. num. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Gregor. in leg. 1. tit. 15. & in leg. 4. & final. tit. final. partit. 4. & Paul. Grilland. de Hereticis. in tit. de Pœnis omnifariam coitus. per totum.

Commun. de success. 2. column. Alber. ibid. 2. column. Dyn. in Tractat. de Success. ab intestat. 3. column. Roland. in Tractat. de Success. ab intestat. 9. column. num. 28. Anton. de Rosel. in Tractat. de Success. ab intestat. 5. column. num. 24. Matth. Matthesillan. in Tractat. de Success. ab intestat. 4. column. Nicol. de Ubald. in Tractat. de Success. ab intestat. 12. column. num. 44. Licet Host. in Summ. Qui filii sint legitimi. §. An utrumque. 3. column. teneat contrarium; imò, quod tales filii succedant matri: & idem tenet Andr. de Iser. in cap. 1. §. Naturales. Si de Feud. defunct. fuer. Controv. inter Domin. & Agn. lib. 2. Feudor. Ant. in cap. Per venerabilem. Qui filii sunt legitimi. Qui dicunt, quod imò tales filii succedunt matri. Sed superior est verior & communior opinio.

Ex quibus infero quod idem est quando esset natus ex Sacerdote, vel Religioso, vel ex aliqua Moniali, vel Religiosa: quia talis filius nullo modo succedit, quia talis coitus est punibilis, vel saltem reprobatur: ista est Glossa notabilis & ordinaria in Authent. Quib. mod. natur. eff. sui. cap. ultim. in verb. Participium. Collat. 7. & ibi communiter DD. Gloss. in leg. Vulgo concepti. ff. de Stat. hom. & tenet Bart. in leg. final. ff. de His que ut indign. 1. column. num. 2. Glos. in cap. Per venerabilem. Qui filii sunt legitimi. in verb. Adulterinis. & ibi Abb. num. 32. idem Abb. in cap. Cum haberet. de Eo qui duxit in matrim. quam poluit per adult. column. penult. num. 11. & ibi Præposit. final. column. Summa Sylvestr. in Part. Filii. 5. column. num. 7. Dyn. in Tractat. de Success. ab intestat. 3. column. num. 10. & 11. Nicol. de Ubald. in Tractat. de Success. ab intestat. 3. column. num. 9. (2)

Hodiè tamen in nostro Regno filius dicitur natus ex damnabili & reprobato coitu, ut non possit succedere; quando mater per eum incurreret in penam mortis: ita disponit ista lex 9. Taur. in fin. quæ est benè notanda. Ex qua lege primò infero, quod filius natus ex muliere conjugata, non poterit patri nec matri succedere. Secundò infero, quod si esset natus ex stupro commisso cum virgine, vel vidua, licet non sit retenta in domo pro concubina, benè poterit succedere tam patri quam matri ex testamento, & ab intestato; cum ex tali accessu non imponatur poena mortis. Tertiò infero, quod si esset natus ex consanguinea, etiam infra quartum gradum, similiter posset suc-

succedere matri ex testamento, & ab intestato, non extantibus legitimis; quia non incurrit poenam mortis: (a) patri verò non posset succedere ab intestato; cum non sit talis mulier, cum qua justè pater poterat contrahere matrimonium sine dispensatione; ut in leg. 11. infra. His leg. Taur. ex testamento verò posset succedere patri, sicut quilibet extraneus, non extantibus legitimis. Quarto infero, quod si esset natus ex patre uxorato & matre soluta, de jure communi posset succedere matri ex testamento, & ab intestato; quia talis coitus non erat damnabilis: ut in leg. 1. Cod. de Adult. (b) Imò, licet hodiè sit punibilis talis accessus per leges Regias, quando mulier tenetur pro publica concubina conjugati; tamen poterit ei filius succedere, cum non imponatur poena mortis: patri verò non posset succedere ab intestato; cum illo tempore non poterat cum ea contrahere, nec poterat esse ejus concubina, nec hodiè, attenda leg. 11. Taur. ex testamento verò, poterit patri succedere sicut quilibet extraneus, non extantibus legitimis; cum non sit natus ex damnabili coitu, per nostram leg. Taur. (c) Et in expressò, quod talis filius non dicatur natus ex damnabili coitu, tenet Salic. licet ejus littera sit corrupta, in Authent. Ex complexu. de Incest. nupt.

num. 2. idem Salicet. in leg. Si qua illustris. Cod. Ad Orphit. 2. column. num. 3. licet similiter littera sit corrupta, quia illi abundat, non. Corn. ibid. 2. column. in princip. Angel. de Aret. in §. Novissimè. Infit. Ad Orphit. 2. column. in medio. versic. Ad unum advertas. Joan. de Plat. in §. 1. ejusdem tit. 1. column. post princ. versic. Et nati ex soluta & viro conjugato. Socin. valdè notabiliter. Consil. 148. 2. column. versic. His autem non obstantibus.

Item advertendum, quod si talis filius sit natus ex Sacerdote, vel Religioso, vel Moniali vel Religiosa professa, indistinctè non poterit succedere patri nec matri ex testamento, nec ab intestato; licet per talem accessum mater non incurrat poenam mortis: Et quod non possit succedere patri, disponit expressè lex 2. tit. 3. lib. 5. Ordinament. ubi cavetur, quod ut evitetur accessus inter Clericos & eorum concubinas, prohibetur ne talis filius succedat patri ex testamento vel ab intestato, vel aliquo contractu inter vivos oneroso vel lucrativo: idem etiam disponit lex 22. tit. 3. lib. 1. Ordinament. (d) Item, quod non possit succedere matri, disponit expressè nostra lex 9. Taur. in fin. quod probat isto modo: nam ipsa loquitur circa successionem filiorum ex parte matris; & in fine dicitur, quod si filii sint nati ex

(a) Contrà, hunc filium ex incestu natum matri non succedere, arbitrantur Gregor. in leg. penult. tit. 13. part. 6. glos. 9. verb. Hodiè per legem. Ricas de Success. ab intestat. cap. 26. num. 27. Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. glos. 11. num. 1. & 2. Azeved. ibid. num. 44. Velazq. de Avendañ. hic. glos. 2. num. 4. Tell. Fernand. hic. num. 6. ibid. Velazq. in glos. 8. num. 8.

(b) Hanc eandem sententiam sequitur Matienz. in leg. 7. glos. 11. tit. 8. lib. 5. Recopilat. & tantùm videtur sequi Palac. Rub. in leg. 9. Taur. num. 27. & vide Bald. in leg. Eam quam. Cod. de Fideicommissis. num. 25. versic. Et secus quod in istis. Licet confundi videtur ex leg. 10. & 11. Taur. Solum enim permittitur naturali relinquere: sed hic non est naturalis, cum tempore quo conceptus est vel natus, pater non poterat cum ejus matre contrahere: est ergo spurius, cui nihil relinqui potest præter quintum. Et videas Roj. in Epitome success. cap. 10. num. 38. Aymon. Cravet. Consil. 166. num. 2. ubi potest multos concludit, natum ex conjugato & soluta natum dici ex damno coitu. Videas etiam Azeved. in dict. leg. 7. Recopilat. num. 39. Velazq. in leg. 9. num. 4. glos. 2. Covarrub. in quart. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 16.

(c) Idem tenet Sot. lib. 4. de Justitia & jure. quest. 5. artic. 1. pag. 287. column. 2. versic. Itaque omnia sua bona potest illi pater dare. & Palac. Rub. in leg. 9. num. 27. His leg. Taur. Contrarium tamen, & sic, quod etiam ex testamento succedere non possint; supposito quòd (propriè sumpto vocabulo) spurii dicuntur omnes illi quorum parentes tempore generationis, etiam utriusque patris consensu accedente, matrimonium contrahere non possunt; tenet Covarrub. in quart. de Sponsal. 2. part. cap. 8. num. 3. fol. 129. column. 4. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 5. Recopilat. column. 98. Jul. Clar. lib. 3. Sentent. §. Testamentum. quest. 3. num. 3. pag. 20. Menchac. lib. 3. Controv. illustrium. cap. 102. num. 7. pag. 32. column. 1. in fin. cum sequentibus. Gregor. Lopez, per textum ibi, in leg. 10. tit. 13. partit. 6. glos. verb. Heredar. Dueñ. in Regul. 366. limitation. 7. Molin. lib. 2. cap. 11. num. 27. fol. 328. column. 1. in fin. cum principio sequentis. Velazq. de Avendañ. hic. glos. 2. num. 24. fol. 22. & vide quæ diximus supra, num. proximo.

(d) Contrarium tenez Perez. verb. No aya. in dict. leg. 21. verb. Contrarium tamen. & Gregor. in leg. 3. verb. Los de la madre. tit. 21. part. 4. Sed opinionem hanc securè probat Tell. num. 34. verb. Ex ultimis verbis. docens, in hac lege expressè probari filium matri non succedere. Quam sententiam probat etiam Covarrub. in quart. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. asserens ita praticari, & Gregorium reprehendens.